



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentis Jesu Christi Dei-Hominis

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1723

VD18 80217931

Consultatio III. Certitudo, quam habemus de veritate mysterii
Incarnationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45509

CONSULTATIO III.

*Certitudo, quam habemus de Veritate Mysteriorum
Incarnationis.*

Non semper expedit Majestatem Mysteriorum nostrorum cum toto eo splendore, qui dari potest ipsis, ostendere: sicut enim sunt oculi, quibus intolerabilis accidit splendor diei, quique tantò vident minùs quantò plùs recipiunt luminis; sic reperire est animos, quos veritas nimium sublimis, nimiumque splendida offuscet, ita, ut ipsis hæc tantò minùs videatur certa, quantò plùs habuerit soliditatis & evidentia.

Medicus Comes & Archates noster audièrat ea, quæ in præcedente dicta sunt consultatione tanta cum attentione animi, ut judicare possemus, ipsum explanatarum veritatum pulchritudine captum non solum has approbasse, sed magnam ex iis hausisse voluptatem, cujus etiam frequentia dederat indicia. Nilominùs dum illas mente revolvebat, & comprehendere contendebat, intellectus ipsius has adeò sublimes, adeoque incomprehensibiles invenit, ut curiosus hic Scrutator prodigiorum Majestatis DEI, ab ipsorum se

viderit oppressum gloria. Ipsius ratio hærebat attonita, ipsius fides vacillabat, ita, ut vehementer tentatus fuerit de infidelitate, sibi que persuaserit, magnum hoc Incarnationis Verbi Mysteriorum esse impossibile: id ipsum satagebat persuadere nobis, proponens nobis rationes à suo sibi intellectu propositas.

Advertimus probè, ipsum totum factum esse cogitandum ab aliquot diebus; dixisset quis, ipsum oblitum fuisse, & reliquise hilarem suam indolem in Insula, quam deserueramus, ut reverteremur ad litus; sed hujus nos causa latebat. Videbamus duntaxat, ipsum solum ruminari in animo suo cogitationes affligentes. Diabolus orditur malitias suas in perturbatis idæis animi mæsti, sicut aranæ suas solent ordiri telas sub cælo nubo. Quandoque loquebatur secum ipso, sed non pronuntiabat, nisi semi-quædam verba intercisa, quæ excidebant ipsi, quæque retinebat, quasi non fuisset ausus dicere omnia, quæ cogitabat. Modò voce valde demissa dicebat: *Ita, DEUS erit ho-*

I 2

mo!

fficax
um aut
hristum
Esum.

Majestas ma-
gnarum veri-
tatum Religi-
onis opprimit
intellectum
illas compre-
hendere vo-
lentem,

Animus ten-
tatus contra
fidem volvit
cogitationes
ineptas.

mo! Mallem dicere DEum esse, & non esse. Et modò velut totus attonitus: *Qua verisimilitudo, DEum immortalem mori! Et pro quo! aliàs subridens in semetipso: Quàm Deus æternus est juvenis, dum pendet infans ex uberibus matris!*

Affecti igitur tædiò morosæ hujus ac tetricæ indolis, cui aliàs assuetus non fuerat, ursum ipsum, ut suas nobis manifestaret cogitationes. Ipse, qui aliud non quærebat, quàm suum relevare animum, nobis detegendò id, quod suam conciliabat afflictionem, ita effari cœpit.

Fateor libenter, nescire me ampliùs, ubi sim. Id, quod dixistis mihi de admirabili hoc consilio, quod supponitis formâsse DEum ab æterno, de mittendo nobis Filio suo unigenito in terras, qui futurus sit homo, sicut nos, immolaturus se velut victimam pro nostra salute, speciosum videbatur mihi ab initio. Sed verum est, quòd, quânto plùs studuistis mihi desuper dare cognitionis & luminis, tantò plùs ignorantia reliqueritis mihi & tenebrarum: Intricatum me ita hic invenio, ut extricare me ampliùs non possim; quânto magis de hoc cogito, tanto minùs id capio, difficiliùs comprehendendo. Tantas hic intueor absurditates, tantas indecentias, tantas oppositiones, & judiciò meò tantas contradictiones im-

possibiles, quæ ita meum offendunt & offundunt intellectum, ut resolvere me non possim, ad credendum id tanta cum simplicitate, quanta id vos credere conspicio.

Conclusimus benè ex paucis his verbis, Angelum tenebrarum, qui excitare non desinit mille errores, nec desinit unquam per omnium decursum sæculorum intricare animos hominum pluribus ineptis & absurdis opinionibus circa hoc mysterium, offudisse mentem ipsius tenebris & dubiis, quibus magno sese in errorem præcipitandi exponebatur periculo, adeòque potenti indigere ipsum auxiliò, quò muniat ac præservetur. Id quod ansam nobis præbuit instruendi cum ipso seriam ac sublimem hac super materia consultationem, ad explanandum ipsi omnia sua dubia, circa possibilitatem, congruentiam necessitatem & certitudinem mysterii Incarnationis Filii DEI, quæ fundamentalem constituit articulum totius Religionis Christianæ.

Cùm ergò statuerimus eo sine diutiùs ibidem commorari, sedentes sub malo Medico, umbram præbente nobis simul & sedilia, Ecclesiasticus, qui zelò plenus erat & scientiâ, consultationem est exorsus illis JESU Christi ad sanctum Petrum verbis: *Modica fidei, quare dubitasti?* Matth. 18

An

Contrad
nes app
tes in m
rio Inc
tionis.

An possibile sit, te unquam admisisse aliquod in mentem dubium, circa magnæ hujus veritatis fidem, quæ hodiè tam manifesta, tamque confirmata est ubivis terrarum? Non est mihi

unicum duntaxat circâ illam dubium, sed plura sunt, quæ meum haud leviter perturbant animum, quæque forsân haud parùm tibi parient difficultatis?

ARGUMENTUM.

Mysterium Incarnationis impossibile videtur rationi humane, sed facile est amorì DEI.

ARTICULUS I.

Nullum mihi est dubium de omnipotentia DEI; probè novi, illam cuncta posse, quæ sunt possible: novi tamen etiam, esse quædam taliter ex se ipsis impossibilia, ut non sint intra spheram & potestatem omnipotentia DEI. Omnia, quæ includunt in se ipsis contradictionem manifestam, absolute sunt impossibilia; sicut esset, esse omnia, & esse nihil; esse æternum, & non esse æternum; esse veritatem infinitam, & mendacem; esse immortalem, & mori; esse immutabilem, & mutari. Fateberis mihi, quòd, sicut nihil sit quod magis sit impossibile. Jam non video, quomodo dici possit, DEum esse hominem, absque admissione contradictionis, & evidentium harum impossibilitatum: Nam DEus est omnia, & homo est nihil; hoc ergò est dicere, quòd Omnia sint nihil; DEus est æternus, & homo non est æternus;

hoc ergò est dicere: quòd æternum non sit æternum. DEus est veritas per essentiam, & omnis homo est mendax, juxta Scripturam; hoc ergò est dicere: quòd veritas sit mendacium. DEus est immortalis, & homo est mortalis: hoc ergò est dicere; quòd vita sit mors. Denique DEus est immutabilis, & homo est mutabilissimus: hoc ergò est dicere: immutabilitatem esse mutationem. Quis ergò non videt, DEum quantumvis omnipotentem concordare non posse contradictiones tam evidentes? hinc non parùm admiror, invenire potuisse hominem, cujus impossibilitas tam manifeste apparet.

An ergò ignoras, respondit ipsi Ecclesiasticus, quòd, quando asserimus, DEum factum esse hominem, asserere non velimus, quòd cessaverit esse DEus, & in hominem sit immutatus.

13

Sed

Contradictiones apparentes in mysterio Incarnationis.

Matth.

Non est con-
tradictio, di-
cere Christum
JESUM esse
Deum & ho-
minem.

ad Philipp.
c. 2. v. 7.

Sed credimus duas naturas in u-
nica sola persona CHRISTI
JESU, divinam & humanam,
quarum una non est mutata in
altera; sed ambæ nunquam non
manent distinctissimæ, & una-
quæque proprietates suas retinet
naturales. Positò indubitato hõc
fidei nostræ principiò, ubi est
contradictio, si dicamus, CHRIS-
TUM JESUM esse DEUM
secundùm naturam divinam,
& esse hominem secundùm na-
turam humanam; velut Deum
esse omnia, velut hominem ef-
se annihilatum? Dicere insuper,
quòd sit omnia, & quòd sit ni-
hil, non est contradictio; sed est
loqui, sicut magnus locutus est
Apostolus, *seipsum exinanivit*. Ubi
est contradictio, si dicamus, velut
Deum ipsum esse æternum, velut
hominem non esse æternum;
velut Deum esse veritatem in-
finitam, velut hominem non ef-
se veritatem essentialem (quam-
vis mendax esse non possit, eò
quòd non sit simpliciter homo,
sed Homo-DEUS) velut Deum
esse immortalem, mortalem ef-
se velut hominem; esse immu-
tabilem velut Deum, sed muta-
bilem velut hominem; esse o-
monipotentem & infinitum,
esse immensum, & includi in
parvo loco? Quis diffitebitur,
in omnibus his nullam inveniri
contradictionem;

Est quidem verum, quòd, cum
duæ naturæ inseparabiliter sint
unitæ in adoranda persona Chri-
sti JESU unione tam intima, ut
duæ non sint, nisi una eadem-
que persona, fermè contingat
illis, quod personis conjugatis,
quæ in virtute sacri vinculi ipsas
unientis non censentur mihi una
eademque res, ita, ut omnia bo-
na mariti attribuantur uxori, &
omnia bona uxoris attribuantur
marito. Hic omnes imbecillita-
tes humanæ Deo, eò quòd de-
sponsaverit sibi nostram natu-
ram; Et omnes perfectiones
Dei attribuuntur homini, eò
quòd humanitas nostra sit velut
sponsa divinitatis, cum ambæ
naturæ non sint, nisi una ead-
emque persona. Dicitur libe-
rè, quòd Deus sit homo, & ho-
mo sit Deus; quòd Deus sit in-
fans unius diei, & homo sit Deus
æternus, quòd homo sit omni-
potens, & Deus sit infirmus;
quòd homo sit immortalis, &
Deus sit mortalis. Unico ver-
bo, omnia fiunt tam commu-
nia, tamque reciproca inter has
duas naturas, mediante ineffa-
bili hac unione, ut nihil dici
possit de una, quod etiam dici
non possit de altera, modò con-
siderentur semper velut unitæ in
persona Verbi.

Sed melius addisces arcana
profundi hujus Mysterii & ma-
gno S. Augustino in aliquo tra-

Statu TraGatu

Natura
na & divi
obtinere
communi-
nem bono-
rum pera-
nem hypo-
triam.

S. Augusti-
divine hui-
plicat My-
rium Incar-
tionis.

Etatu super Joannem, ubi sic loquitur: Agnoscimus duas substantias in Christo Jesu; divinam, per quam aequalis est patri; & humanam, per quam minor est patre. Ambae simul unita non faciunt duos, sed unum solum Christum Jesum: Nam sicut caro humana & anima rationalis simul unita non faciunt nisi unum hominem: sic natura humana & natura divina simul unita in persona Verbi, non faciunt nisi unum solum Christum Jesum Deum - Hominem. Et si queras: Quid est denique Christus Jesus? Est Deus, anima rationalis, & corpus humanum. Nos agnoscimus Jesum Christum in omnibus his, & in quolibet eorum.

Quis est ille, per quem mundus factus est? Est Jesus Christus? sed secundum divinitatem suam. Quis est, qui oblatu est Pilato, ut condemnaretur ad mortem? Et idem Christus Jesus; sed secundum Humanitatem suam. Agnoscimus etiam illum secundum quamlibet partium Humanitatem hanc componentium. Quis est ille, qui non derelictus est in inferno (id est, in limbo) quod descendit tempore mortis sua? Est Christus Jesus; sed solum secundum animam suam. Et quis est, qui tribus diebus permansit in sepulchro? Est idem Christus Jesus; sed solum secundum corpus suum. Sic in omnibus his tribus agnoscimus Jesum Christum: sed non nisi unicus solus est Jesus Christus, & unicus solus Salvator animarum nostrarum.

Qui bene comprehendet su-

blimem hanc S. Augustini Theologiam, facillimè conciliabit omnes apparentes contradictiones, quas reperire est in Sacra Scriptura, in Prophetis, & in Sanctis Patribus, qui videntur saepissimè sibi adversari, quando loquuntur de Christo Jesu, quorum hi loquuntur de ipso excellentiis, alii de ipso abjectionibus; hi enarrant ipsius gloriam, alii evulgant ipsius ignominias; hi affirmant, ipsum nosse omnia; alii asserunt, ipsum certa quaedam ignorare; hi tenent, ipsum idem omnino esse cum Deo Patre suo, alii sentiunt, ipsum servum esse Dei Patris sui: Et omnia haec tam benè concordantur, ut nihil contradictionis hic sit, eò quòd modò sermo fiat de ipsius divinitate, & modò de ipsius Humanitate, modò de ipsius anima, modò de ipsius corpore. Non enim te latet, ad constituendam veram contradictionem, quæ absolutam post se trahit impossibilitatem, requiri affirmationem & negationem rei ejusdem, eodem tempore & eadem ratione.

Uterius progredior, pergit Ecclesiasticus, & dico, quòd, si ex suppositione viderem impossibilitatem aliquam in hoc mysterio tam evidentem, tamque manifestam, ut naturalis meus intellectus illam negare non pos-

Quomodo facile concordari possint omnes apparentes contradictiones Mysterii Incarnationis.

Credendum est, quòd non comprehendimus.

posset, non haberem rationem credendi potius rationi meæ, quàm veritati æternæ, quæ certum me facit, id esse verissimum, quod falsum mihi videtur ac impossibile. Quando lego magna hæc verba, quibus totum concussum est universum, dum exarata fuere à sancto Joanne in principio sui Evangelii: *Verbum Caro factum est*; tremore ac reverentiâ me concutit hujus tonitru veritatis, nec facultatem meo permittit intellectui, ut formet desuper quæstionem, an sit possibilis, cum obligatus sim mille dare vitas, si haberem illas, ad propugnandum, ipsam esse infallibilem. An, dum non comprehendo veritatem ore proprio Dei revelatam, verum ex eo sit ipsam veritatem non esse? Ex adverso prorsus concludendum mihi est cum Tertulliano: *Certum est, quia impossibile*. Quanto plus res mihi videtur impossibilis, tantò magis certus sum, ipsam veram esse, eò quòd impossibile sit intellectui humano invenire illam ex seipso, cum impossibilem ipsam judicet; Et magis adhuc impossibile stabilire & proponere illam mundo, velut veritatem, cum nullas ipsam stabilendi, sed potius oppugnandi habeat rationes; absolutè autem impossibile illam credendam persuadere infinitæ hominum sapientum multitudini, qui ma-

gna cum submissione per cuncta sæcula receperunt ipsam. Impossibilitas apprensus est argumentum & probatio veritatis certæ in rebus Dei, quæ receptæ sunt à cunctis hominibus.

Quando video Deum meum pro me facere talia, quæ humanæ rationi videntur impossibilia, agnosco ex hoc suorum excellentiam donorum, quæ omnes transcendunt cogitationes hominum. Quanto plùs meus intellectus se impotentem experitur ad illa capienda, tantò magis dilatatur, & attollitur cor meum, ut in majores & ampliores se effundat gratitudinis affectus. Ita, mi Deus! probe novi, nihil tibi esse impossibile, nisi quod volueris facere. Sed an dubitare possum, quin volueris dare mihi in tempore, cum certus sim, quòd dare velis te mihi in æternitate? An dubitare possum, quin descendere volueris amore mei in terras, cum noverim, quòd elevare me velis ad te usque in cælos? An dubitare possum, quin vestire te volueris humanis meis miseris, amore mei factus homo, cum vestire me velis divinis tuis fulgoribus, & reddere me participem ejusdem vitæ, ejusdemque, qua ipsemet refulges, gloriæ?

Sed quomodo dulcem haberemus fiduciam, consolantem nos in exilio nostro, nisi habeamus

Joan. c. I.
v. 14.

Tertullianus
De Carne
Christi,

Impossibilitas
apprensus in
mysteriis fi-
dei, est opti-
ma probatio,
quòd sint ve-
ra.

Tertul-
de car-
Christi

Qui n-
Jesum
stum,
toti u-
spem
firmam

Quid fidei
reddat fidei
Mysterii
carnatione

S. Au-
Psal-
v. 14.

mus illum, qui firmissimum ip-
sius est fulcrum DEUS factus
homo? Si quis mihi hanc felici-
tatis meae tollere vellet scaturi-
ginem, dicerem ipsi, quod Ter-
tullianus Marcioni: *Parce unica
spei totius orbis.* Crudelis, ne
mundo expellas spem unicam
mortalium cunctorum; relinque
nos in possessione Dei. Hominis,
nec separa ex tua malitia, quod
DEUS conjunxit ex suae abun-
dantia bonitatis. Quod lucrum
accrescit tibi, dum credis, vel
DEUM non esse hominem, vel
hominem non esse DEUM in
persona Christi JESU? An me-
tuis, quod DEUS videretur nimis
bonus, tuumque cor urgeretur
nimium ad amandum illum, si
credas firmiter, ipsum factum
esse hominem ex amore erga
te? Vel an metuis, quod nimis
honoratus esset homo, nimisque
obligatus ad vivendum vitam di-
vinam, si credas ipsum verum esse
DEUM? An sufferre ergo non
potes, quod infinita ratione bo-
nus sit DEUS & amoris abripia-
tur excessu tibi incomprehen-
sibili? aut tolerare non potes,
quod infinita ratione bonus sit
homo, ex eo, quod habeat tam
bonum DEUM, ipsum amet, ipsi
adhareat, ipsumque possideat in
aeternum.

S. Aug. in
Psalm. 67.
v. 14.

Ne alleges, quæso, impossibi-
litate, quæ locum non habet
in amore; tam procul abest esse

quidquam impossibile ipsi, ut ne
quidem unquam experiatur dif-
ficultatem: *Amanti nihil difficile.*

Quoties experientia didicisti, nihil est im-
quod, quando amasti ardentem, possibile a-
omnia tibi visa sint tam facilia, mori DEI er-
ut voluptatem caperes in vin- ga hominæ,
cendis ipsis difficultatibus, quæ
absque amore visæ tibi fuissent
impossibiles. Si ergo amor ac-
census conficere posse videtur
id, quod est impossibile in men-
te tua, sicut credis in vita ma-
gnorum Sanctorum, quorum
imitari opera putamus esse im-
possibile, eò quod non ita ame-
mus, sicut amarunt ipsi: Non-
ne fateberis, quod maximus, qui
cor alicujus creaturæ afficere
potest, amor, non sit nisi atomus
in comparatione cum immensa
hac fornace amoris dominantis
in corde DEI, velut in omnium
amorum principio? Et quando
attentè hanc ponderaveris veri-
tatem, cogita tecum ipse, an ali-
quid impossibile esse possit tam
ingenti amori. Interroga ipsum,
si velis: an invenis, esse tibi im-
possibile factum, ut DEUS sit ho-
mo, & homo sit DEUS, ô amor
divine! respondebit tibi: Non
solum mihi non est impossibile,
sed tam facile, tamque jucun-
dum, ut meas in eo constituam
delicias, si eò usque annihilarem
me, eò quod amem te: *Delicia* Prov. c. 8.
mea esse cum filiis hominum. v. 31.

K

Sed,

Difficultates
quas experi-
mur in servi-
tio DEI, de-
monstrat no-
bis, quod non
amemus DE-
um.

Sed, si verum est, anima mea, omnia facilia esse, imò etiam jucunda amanti; unde oritur, omnia difficilia tibi videri in servitio DEI, nisi ex eo, quod nullo prosequaris ipsum amore? Anima, quæ amat Christum Jesum, tam ingentem experitur sympathiam erga adorandum cor ipsius, ut amet omnia, quæ amantur ab ipso: cruces, persecutiones, paupertas, dolores, humiliations, quæ horrore sunt naturæ, tam jucundæ videntur ipsi, ut maxima ex illis perfundatur voluptate, eò quod amata fuerint ab ipso, quem amat ipsa. Quamdiu non alium fovemus in corde nostro amorem, quam amorem proprium, &

mundi spiritum, credimus impossibile esse, amare hæc omnia, quæ lethalem nobis pariunt aversionem. Sed anima, quæ amare incipit Christum Jesum, incipit dicere: nihil difficile est amanti: Illa, quæ amat amplius dicit: nihil est difficile amanti. Et illa, quæ amat perfectè, dicit liberè: Omnia facilia sunt, omnia jucunda amanti: Illa cum voluptate amplectitur illa omnia, quæ videt dilectum suum amore sui fuisse amplexum: *Delicia mea*, inquit, *esse cum Filio DEI*. Tuæ sunt deliciae, amabilis mihi Jesu, esse mecum in meis miseriis, & deliciae meæ sunt, esse tecum in tuis, quia amo te.

ARGUMENTUM.

Quomodo videre possimus hodie indubitam veritatem Incarnationis Filii DEI?

ARTICULUS II.

ABundè est, interpellat ipsum Medicus, probè video, non mensurari opera DEI imbecillitate rationis nostræ humanæ, sed immensa amoris ipsius magnitudine, quæ dubitari non permittat, quin ex suæ abundantia bonitatis eò usque se poterit demittere, ut factus sit homo ex amore hominum. Siquidem verissimum esse teneo illud Tertulliani effatum: *DEO nihil impossibile, nisi quod non vult*; Assen-

Tertullianus
de carne Christi

tior, quòd, si facere voluerit, id potuerit: sed quando ad credendum inducere me ipsum volo, quòd id voluerit, quòd id fecerit, idque verum sit; nescio quem in anima mea experior horrorem, videns, quòd tota Christianorum Religio innitatur firmæ huic fidei, quòd DEUS omnipotens, quem adorant, factus sit infans, paulatim formatus in utero matris aliorum more infantium; captivus in obscuro hoc car-

Stupendum
est voluisse
DEUM fieri
hominem.

Magis
pendur
huc vi
Deum
nem v
voluiff
vixit.

carcere detentus & arctatus novorum spatio mensium, sicut omnes alii; egressus inde lachrymantibus oculis, cunctisque implexus infantium miseris; vivere coactus lacte, & aliis exilibus, quæ infantibus porriguntur, alimentis; certam insuper expectans seriem annorum, quibus cresceret, & robur acquireret, quibus disceret & ambulare, & balbutire, sicut infantes solent, ille, qui Verbum est Patris. Fateor, hæc omnia meam attonitam reddere rationem, mihi que videri, quod hæc credere de DEO æterno & omnipotenti sit stoliditas.

Et insuper, quando credendum est, quod e triginta tribus annis, quibus vixit in terris, illorum triginta exegerit velut incognitus in contemptu hominum, abs eo, quod egerit quidquam consideratu dignum, haud magis, quam novissimus hominum; educatus velut puer ege- mus in officina fabri cujusdam lignarii, addiscens, & post hæc etiam exercens opificium illius, qui ipsius habebatur parens. Sitne hæc vita DEI-Hominis, qui eo nomine descenderit e cælis in terras, ut repararet ruinas mundi? Nonnisi tribus annis ostendere se voluit mundo, & hoc, uti judicare pronum est, haud alio ex fine, nisi ut male acciperetur ab ipso, à Pontifici-

bus & Principibus nationis suæ repudiatus velut impostor, ab amicis & propinquis suis habitus ostentui, passus persecutionem ex malitia & invidia illorum, quibus faciebat bene. Tandem velut enormium reus criminum, ad infamem latronum condemnatus est necem; in eorum societate actus in crucem, à suorum uno traditus, negatus ab alio, derelictus ab omnibus, & execrationibus obrutus ab universo populo. Ecce tibi DEum Christianorum, & totam ipsorum Religionem huic innixam fidei! Quis diffitebitur, debile hoc esse fulcimentum? & quæ ratione hæc aspiciantur, quin concipiatur, nescio, quis horror, qui terreat, & animum dejiciat?

Omnino ex adverso, respondit Ecclesiasticus, habere non possumus argumentum magis luculentum, magisque persuadens veritatem Dei-Hominis, quem adoramus in Religione Christiana, quod unitas & conjunctas in ipsius Persona videre cum summis excellentiis abjectiones maximas. Si viderem in ipso nonnisi abjectiones absque ulla excellentia, crederem ipsum non esse DEum; & si viderem in ipso non nisi excellentias absque ulla abiectione, non crederem ipsum esse hominem. Sed quando video in ipso omnes has abiectiones, quibus ob-

Unio excellentiarum & abiectionum in Christo Jesu evidenter demonstrat, quod sit DEus & homo.

Magis stupendum adhuc videtur Deum Hominem vivere voluisse, uti vixit.

pendum voluisse Eum fieri hominem.

noxius esse potest novissimus & infelicissimus hominum, velut nasci in paupertate, vivere in persecutionibus & opprobriis, mori fato crudeli ac infami; non fuisse obstaculo, quin patraret prodigia, quæ nonnisi possibilia sunt omnipotenti DEO: Et quando alia ex parte intueor potestatem quandam summam, nonnisi DEO propriam, qualis est, mutare legem, sacrificia, & Religionem veri DEI, præcipere diabolis in proprio suo nomine, remittere peccata, restituere vitam mortuis, & ejusmodi; summamque hanc potestatem impedimento non fuisse, quin sustinuerit omnes dolores, omnesque ignominias, quibus hominum abjectissimus possit affici: hæc tam stupenda abjectionum & excellentiarum unio, quam evidenter conspicimus, faciliat mihi fidem, quod conjunxerit naturam divinam cum omnibus suis excellentiis, & naturam humanam cum omnibus suis abjectionibus in persona sua, validèque me constringit, quod necessariò ipsum esse oporteat Deum & hominem.

Nemo unquam antè ipsum, & nemo unquam post ipsum, tantas in se excellentias, tantasque abjectiones ostendit simul unitas; & certum est, illas ita conjunctas possibiles non esse, nisi Deo Homini. Tria diversarum

excellentiarum sunt genera in hominibus: aliæ sunt carnales, aliæ spirituales, aliæ supernaturales. Carnales sunt illæ divinum & Magnatum hujus mundi, quæ minimæ sunt omnium, licet præ omnibus quarantur ab hominibus carni & sanguini addictis, nullasque alias agnoscentibus, eò quod hæc magis sensibus pateant, maioremque in Vulgi oculos diffundant splendorem. Spirituales sunt illæ Sapientum & Doctorum, qui studiis invigilandò & meditantò inquirunt veritatem; hæc sine comparatione nobiliores sunt præcedentibus; eò quod hæc non tendant ad oblectandos sensus sed intellectum, qui longè nobilior est sensibus; has qui habet, ita his demulcetur, ut nihil prorsùs excellentias faciat carnales. Archimedes & Picus de Mirandula erant ambo Principes, & ambo viri docti; non æstimantur autem ex eo, quod fuerint Principes, quodque excellentias possederint carnales; sed excellentiæ intellectus transcripserunt ipsorum memoriam æternitati ubivis locorum.

Nihilominus hæc omnia longè inferiora sunt excellentiis divinis (quæ sunt illæ Sanctorum) eò quod hæc supernaturales sint, & ordinis longè altioris super omnes alias: respiciunt ipsæ æternitatem & non tempus; aspi-
 Excelsiorum
 divinarum
 habent
 doris &
 eminent
 ceteris
 bus,

eiuntur ipsæ ab oculis DEI ac Angelorum, & non hominum. Anima illas possidens est in statu tam sublimi, tantæque pleno voluptatis, ut opus non habeat excellentiis carnalibus, neque etiam spiritualibus, ita, ut absque divitiis, absque honoribus, absque voluptatibus, absque magnis dotibus, absque scientiis acquisitis, ipsa excellentiam possideat, qua attollatur super ditissimos & sapientissimos totius mundi, quæque conciliet sibi æstimationem & admirationem totius curæ cœlestis, quamvis ab hominibus carnalibus non cognoscatur: hi vident ipsius abjectiones, & DEUS videt ipsius excellentias; sed ambæ reverà in ipsius conjunctæ sunt persona. Et in hoc agunt Sancti perfectos Christianos, id est, veros imitatores Christi JESU, qui in semetipso includit omnes excellentias divinitatis cum maximis abjectionibus humanitatis nostræ. Cupis videre ad oculum Mysterium Incarnationis?

Ecce! tibi illud in omnibus sanctis imitatoribus Christi JESU: In ipsis splendida videmus Ectypa, quorum ipse est Archetypus, in ipsis manifestos videmus effectus, quorum ipse causa, qui illos produxit. Nam quis est, qui replevit cœlum & terram innumerabili multitudine Sanctorum, in quibus mundus

reveretur excellentiam divinam, absconditam sub tot abjectionibus & infirmitatibus humanis, nisi Christus JESUS, qui obvelatam gestavit divinitatem sub imbecillitatibus nostræ humanitatis? Nunquam alius præter ipsum conjungere potuit honores divinos cum maximis ignominis, quibus Sanctos oppressit mundus; nec facere, quod ii, qui habiti sunt velut facinorosi, & occisi sunt per manus carnificum, sicut omnes Martyres; sicut & illi, qui suam transegerunt vitam in paupertate, in solitudine & in contemptu hominum, reciperent per omnem sæculorum decursum honores, qui excellent illos omnes, quibus afficiuntur Monarchæ hujus mundi. Quis est, qui unquam hoc fecit, nisi Christus JESUS? & quomodo id facere potuisset, nisi verè & re ipsâ fuisset DEUS-HOMO? sic manifestè omnino legimus veritatem mysterii Incarnationis in abjectionibus & in excellentiis Christi JESU, & in illis omnium Sanctorum.

Si natus fuisset ipse in purpura, sicut Cæsares; si habuisset in manibus immensos thesauros, ad distribuendum illos hominibus; si magnos moderatus fuisset exercitus, ad edomandam fortitudinem omnium hominum, & stabiliendum hac via imperium suum in universo mundo: si apparuisset

Si Christus apparuisset totus in splendoribus, non habuissimus causam credendi, ipsam fuisse DEUM.

paruisset inusitato quodam splendore, qui conciliasset reverentiam erga Majestatem ipsius; si locutus fuisset hominibus linguâ Angelorum, & usus fuisset suadâ magis facundâ, magisque potentî, quàm omnes mundi Oratores, ad convincendum omnes animos; si proposuisset vitam jucundissimam & cunctis naturæ inclinationibus plurimum accommodatam, & magnas in vita præsentî promississet se sequi volentibus felicitates, hâcque ratione suum in universo mundo stabiliisset imperium, cognovissem ex eo, ipsum magnum ac potentem fuisse hominem: Sed ad credendum, quòd esset DEus, exin non fuisset adductus; potuissem enim omnia hæc attribuere potentiæ purè humanæ. Nemo est, qui omnia hæc impendens media non facere potuisset, quod ipse.

Sed nasci pauperem, & vivere pauperrimum; nunquam potentiam adhibuisse humanam, nec vim armorum; visum nunquam esse, nisi velut simplicem opificem, absque literis, velutque fabri lignarii filium; uti voluisse loquendi genere æquè simplici: sicut in sancto apparet Evangelio; non docuisse nisi severam & rigidam vitæ rationem, quæ mortificet & crucifigat naturam; non promississe illam amplecti volentibus nisi persecutio-

nes, exilia, tormenta & mortes crudeles; & super hæc omnia adversarios sibi habere omnes defensores & sectatores veræ Religionis DEI, qui fuerant tunc Judæi. Legem hanc omninò sanctam inculpare, quòd oportet ipsam velut imperfectam mutare in meliorem; insuper docere, falsorum cultum Deorum, qui summo quasi cum imperio dominabatur ubivis in toto orbe terrarum, velut abominabilem esse abrogandum.

Adhæc adversum se habere omnem sæculi sapientiam, quæ principabatur in Philosophis, nec non potentissimas naturæ animalis & sensitivæ inclinationes, quæ omnes post se trahebant & rapiebant mortales; & reluctantiis hîc omnibus fundare Religionem Christianam super ruinam cæterarum omnium; Religionem, quæ totam naturam, corpus & animam continuò oppugnat, & perpetuâ constringit servitute, quæque subsistit, nunquam non se perficiendò post tot Sæcula. Quando penitiùs hæc considerantur, non invenire est animum, qui non cedat, quique fateri non cogatur, quòd impossibile sit JESUM CHRISTUM hæc fecisse, nisi verè esset DEUS & homo; tamque manifestè patebit ipsi Mysterii Incarnationis veritas, ut dubitare de ipsa nunquam poterit.

Verùm

Iomo exp
at tantum
psum, ut f
t, & cogi
cat, an sit
EusHom

Quod
JESUS
contra
nem app
tiam hu
nam, p
evident
ipsum d
DEUM,

Homo explo-
rat tantum se-
ipsum, ut sci-
at, & cogno-
scat, an sit
Deus Homo?

Verum si adhuc dubitet de il-
lo, defumat luculenta hujus ex-
ipso corde suo argumenta. Quo-
ties accepit auxilia omnino pro-
digiosa gratiæ Redemptoris sui,
quæ operata sunt in se mutatio-
nes prorsus similes illis, quas o-
peratus est ipse in universo mun-
do? Si habuit is vires ac robur
vincendi vehementer aliquam
passionem aut tentationem, si
dirupit catenas malæ cujusdam
consuetudinis; si liberatus est à
servitute plurium peccatorum
sibi dominantium; si unico
verbo visus est mutatus è
lapide in filium Abraham: cujus
virtute id fecit? an propriam suam,
an illa, quam à gratia recepit Re-
demptoris sui? si virtute sua
propria, quare non satis fortis
erat ad servandum se, ne cade-
ret? si viribus naturæ, & non il-
lis gratiæ; eecur omnes homines
virtutem non habent justos &
sanctos se reddendi ex semet-
ipsis? Eecur non aspiciuntur in-
ter Christianos conversiones il-
læ prodigiosæ, super quas gau-
dent Angeli in cælis, quæque in
admirationem rapiunt homines
easdem aspicientes, nisi ad de-
monstrandum, non esse nisi JE-
sum Christum, qui facere possit
has mutationes dexteræ DEI in
peccatoribus?

Quando homo non nisi semel
in vita sua transiisset à peccato
ad gratiam, proprio jam suo no-
vit experimento, aliquem esse
Salvatorem, à quo concessa sibi
fuerit hæc gratia. Et quando is
nunquam conversus fuisset, vi-
det quotidie tot alios, qui felice in
hunc transitum à servitute dæmo-
num ad libertatem filiorum Dei,
ex quo cognoscere sit necesse.
quod, quia sunt, quia salvantur,
oporteat esse Salvatorem; quod-
que, cum abundantia sit gratia-
rum, debeat esse gratiarum au-
ctor, qui illas largiatur. Et Au-
ctor hic esse non potest, nisi De-
us-Homo, adorandus Salvator
hominum. Et ecce tibi verita-
tem mysterii Incarnationis om-
nino manifestam. Eheu! An
esse quis potest Christianus, &
non sentire affectus gratiæ &
Spiritus Christi Jesu in proprio
corde suo! *Hoc sentite in vobis, Coloss. 3.*
quod & in Christo Jesu. Si aliquis
homo non sentiat ex se ipso, &
proprio suo experimento, quod
habeat spiritum humanum, dici
potest ipsum non esse hominem:
Et si aliquis Christianus propria
sua experientia non cognoscat,
se habere Spiritum Jesu Christi,
benè dici potest, ipsum
Christianum non
esse.

ARGU-

ARGUMENTUM.

*Continuatio ejusdem materiae, quae ostendit impossibile esse, quòd
veritas Mysterii Incarnationis ignoretur ab
aliquo homine*

ARTICULUS III.

*Jesus Christus
& ipsius Re-
ligio cogno-
scuntur in to-
to orbe.*

*Joan. c. 8.
v. 12.*

*Nunquam
homo tantum
habuit splen-
doris, quan-
tum Christus
Jesus.*

Non vacat mysteriò, quòd
Jesus Christus, loquens de
semetipso, nobis dicat, se esse lu-
cem mundi: *Ego sum lux mundi.*
Eadem ratione absconderis so-
lem oculis omnium animan-
tium, quæ sunt in terra, qua ab-
sconderis cognitioni omnium
hominum, esse Christum Jesum,
qui fundaverit Religionem Chri-
stianam in mundo. Quatuor
sunt partes mundi præcipuæ, sed
ne una quidem est, in qua non
plurimos invenire sit Christianos:
Vix reperitur parvus qui-
dam hominum sylvestrium nu-
merus in densissimis saltibus
versus extremitates mundi, qui-
bus nunquam innotuerit sermo
de Christo Jesu, aut Religione
Christiana: dici etiam potest,
ipso homines non esse, cum plus
habeant commercii cum bestiis,
quàm cum hominibus.

Nunquam aliquis hominum
tantum assecutus est splendoris,
quàm Christus Jesus: Omnis
sæculorum series miscuit sermo-
nem de ipso à creatione mundi;
prænuñtiatus est, & promissus
longo tempore priùs, quàm da-
tus fuerit mundo. Voluit DE-

us populum esse Judaicum, qui
in deposito haberet promissio-
nes, figuras, prophetias, quæ
pronuntiarent, & promitterent
Christum Jesum. Et quamvis
populus iste in parvo fuerit nu-
mero, habitus odio, & oppugna-
tus ab omnibus aliis nationibus,
conservavit tamen ipsum per
miracula & prodigia tam inusi-
tata, ut stupore concusserint uni-
versum orbem, eò quòd conser-
vare debuerint promissiones &
prophetias de Messia. Populus
hic totus gloriosus ex eo, quòd
habuerit in manibus suis depo-
situm tam pretiosum, conserva-
vit semper libros legis, quibus
continebantur promissiones om-
nes, figuræ & vaticinia, maximo
cum fervore ac zelo; quos etiam
apertos circumferebat in con-
spectu totius mundi, omnes af-
securans nationes, quòd ventu-
rus esset omnium liberator ho-
minum, supremus quidam mun-
di Monarcha, omnibus futurus
mortalibus fons omnis felicitatis:
demonstrabant insuper illis
tempus & circumstantias adven-
tûs ipsius, juxtà suorum obser-
vationem & testimonia libro-
rum.

*Diferim
maximu
ter Chri
Jesum &
homet.*

rum. Non nisi Christus JESUS solus est, qui incomparabili hac potitur gloria, qua spectabilior ipso sole cunctis redatur saeculis.

Discrimen maximum inter Christum JESUM & Mahomet.

Mahomet maximum sibi acquisivit nomen, & hodie dum sectatores sui numerat ingentem valde populorum multitudinem: sed ipse praenuntiatus non est, nec promissus in libris veteris Testamenti, qui antiquissimi sunt in mundo, & soli, qui completantur veritates Religionis veri DEI: Omnes illi pleni sunt de Christo JESU, & de Mahometo nullam prorsus faciunt mentionem; nunquam constitit quidpiam de ipso, quod venturus esset, antequam apparuerit. Nil simile ergo habet gloria Mahometi respectu gloriae CHRISTI JESU.

Mahomet nunquam dicere ausus fuit, quod sit ipse Homo-Deus; nunquam patravit miracula ad evincendum, se esse missum a DEO; non tradidit doctrinam, quae attolleret homines supra naturam; non fundavit ipsam supra cognitionem sed supra ignorantiam, omnem prohibendò lectionem & instructionem; non docuit suos, vincendum esse patientiam, & moriendum pro defensione Religionis, sed occidendos homines ad delendam eorum sectam, vi ac robore armorum. In omnibus his nil fecit, quod omnis alter ho-

mo facere non potuisset, aut posset. JESUS CHRISTUS dixit, se tam verè esse DEUM, quàm verè esset homo, innumeris probavit id miraculis, & veteris Testamenti loquentibus de se Scripturis, & tandem id mundo persuasit. Ipse edocuit legem omnino divinam, quae oppugnet omnes depravatas naturae inclinationes, ipsamque elevet supra seipsam. Ipse libertatem contulit omnes legendi Scripturas, sese informandi & examinandi, an conformes essent doctrinae omnino sanctae & prorsus spirituali à se traditae. Ipse inhibuit his capessere arma, ad stabiliendum illorum vi ac robore doctrinam suam in mundo. Sed postquam dederat illis exemplum moriendi pro defensione veritatis, mandavit ipsis, ut more agnorum se sinerent mactari, certificans ipsos, quod per patientiam & humilitatem superaturi omnem mundi potentiam, omnes inferni potestates; & id ipsum, sicut praedixerat, accidit. Nihil ergo JESUM CHRISTUM inter & Mahometum est similitudinis, adeoque si ille prosperum sortitus est eventum per media, quae adhibuit, JESUS CHRISTUS & tota ipsius Religio media adhibens contraria debuerat perire, nisi per divinam stabilita & conservata fuisset potentiam. Et hoc evidenter probat, ipsum non solum fuisse hominem, sicut

Mirabilis modus, quo usque est Christus JESUS, ut se demonstraret Deum-Hominem.

L

Maho-

Mahomet, sed verè fuisse Homi-
nem-DEum.

Nonnisi duo Religiones fue-
runt in mundo cunctis Sæculis,
quæ præcesserunt adventum
Christi JESU: illa veri DEI, quam
profitebantur Judæi; & illa fal-
sorum Deorum, quam ample-
ctabantur Gentiles: hæc incom-
parabiliter magis ampla, magis-
que numerosa fuit, quamvis mi-
nus robusta magisque imbecillis.
Eò quòd inniteretur hæc men-
dacio, & altera veritati. JESUS

Mutatio Reli-
gionis Judæ-
orum, quam
Christus esse
cit, clarè o-
stendit, ipsum
esse DEum.

Christus venit, immutaret for-
tior, & ampliorem extingue-
ret; adeoque oportuit oppugna-
re & vincere ipsum utramque,
ad stabiliendum suam super rui-
nam ambarum. Quomodo
conficere hoc potuisset, nisi verus
fuisset DEUS? DEUS omnipo-
tens, qui stabilierat legem Moy-
sis, quique conservaverat Reli-
gionem Judæorum per cuncta
Sæcula reluctantiis cunctis po-
testatibus humanis, quæ toties
delere ipsam fuerant molitæ, an
permisisset à Christo JESU abo-
leri illam? ipsius immutare sa-
crificium quod Religioni est es-
sentiale? ipsius abrogare cere-
monias legales, quæ erant ejus
ornamenta, quæque expressis
præcepta erant verbis in lege
DEI? Quis immutare potest,
quòd velut plurimum essenziale
stabilivit DEUS in Religione, per
quam coli & honorari volebat,

nisi ipse DEUS? Jam Christus
JESUS id fecit; & DEUS omnipo-
tens, qui stabilierat hanc Religio-
nem, id stupendis confirmavit
miraculis; & Religio Judaica,
Auctore Christo JESU, facta est
Religio Christiana. Nonnè hoc
luce meridiana clariùs evincit,
ipsum verum esse DEum?

Ex altera parte, quomodo ex-
terminare potuisset Religionem
falsorum Deorum, nisi fuisset
verus DEUS? siquidem ipsa in-
nitebatur inferno, cunctisque
dæmonibus, cujus unus solus
plus habet fortitudinis, quam
decies centena millia hominum:
sustentabatur ipsa, & propugna-
batur à cunctis supremis pote-
statibus moderantibus univer-
sum: quasi totus orbis addictus
erat superstitioni idolorum eo
ardore ac zelo, quo quisvis in
suam accenditur Religionem.
Qua ratione Christus JESUS, qui
homo videbatur infirmus, fortior
fuisset toto inferno, fortior
cunctis imperiorum potestati-
bus, fortior innumerabili mul-
titudine idololatrarum, ad exer-
cendum illis è corde Religionem
quam amabant, & inducendum
illos, ut aliam amplecterentur,
ergà quam summo percellaban-
tur horrore? Qua ratione ho-
mo unicus, magnum hoc exe-
cutus fuisset opus, quòd cunctis
impossibile fuerat hominibus,
nisi omnipotens extitisset DEUS?
Jam

JESUS
non pot
abfere
ligion
forum
rum, ut
set DE
rus.

JESUS
promissus
conservav
Religione
ad. eorum

Jam JESUS Christus id fecit, nos- que dejectam intuemur Gentili- tatem, & ædificatam super rui- nam ipsius Religionem Christia- nam. Nonne hoc invincibili- ter coarguit, ipsum verum esse DEum?

Quæro ex te, an præstitis his omnibus, ignorari possit Chri- stus JESUS ab ullo hominum? Videtur divinam voluisse pro- videntiam consultò, ut remane- rent in mundo aliqua Judæo- rum & Gentilium reliquia, ad ostendendum semper homini- bus, has Religiones aliquando extitisse, sed amplius non existe- re: eò quòd imbellis pugna, quam cient adhuc adversus Reli- gionem Christianam, à qua de- structæ sunt, vel si vis, absorptæ, & ipsi quasi incorporatæ, non leve reddat testimonium gloriæ Christi JESU, ea ferè ratione, qua mancipia augent gloriam Victo- rum, dum illa catenis implexa, trahunt post victoriam in curru suo triumphali.

Religio Judæorum non exti- tit inconcussa & immobilis per tot sæcula, nisi quia ceu fulcro innixa fuit Christo JESU in lege promisso; neque dilapsa est in ruinam, nisi quia amplius ceu fulcrum & basim habere noluit eundem Christum JESUM, da- tum in tempore, quo fuerat pro- missus. Infelix populus, qui tam firmiter adhæsit promissionibus

& figuris, ut non cognoverint rem ipsam, promissum ipsum & figuratum, quando in tempore venit prænuntiatio! unde oritur illis hæc infelicitas? nisi quòd legendo in Scripturis Excellen- tias & abjectiones in Persona Messia sibi promissi, cognove- rint neutras: Non cognoverunt ipsius excellentiam & magnitu- dinem, veluti quando discurre- bat cum illis ita: *Quid vobis vide-*

Matth. 22. tur de Christo, ? cujus filius est ? di- v. 43. cunt ei David. Ait illis : Quomodo ergò David in Spiritu vocat eum Do- minum, dicens : Dixit Dominus Do- mino meo. Et quando dixit illis : se Abraham vidisse, & fuisse, an- tequam ipse esset; non crede- bant satis ipsum excellentiæ ha- bere, ut esset DEUS; & ob id re- sponsi volebant ipsum lapidare.

Atquæ parùm cognoverunt ipsum in sua abjectione, & sum- ma annihilatione mortis: veluti quando dixit illis: *Se exaltandum fore in cruce, significans, qua morte es-*

Joan. 12. set moriturus; cui autem dixerunt: Nos audivimus ex lege, quia Judæi non co- gnoverunt tu dicis, te esse moriturum; pro- missus ergò non es Messias? Non cognoverunt igitur nec ex- cellentias, nec abjectiones Christi JESU.

& pari ratione offendebantur, sive diceret se esse æternum, sive se esse immortalem. Et qualem ergò habere voluissent Messiam, qui fuerit neuter, nec unus nec

alter? Exspecta, obcecate popule, exspecta Messiam alium, qui nec attollatur excellentiis, nec deprimatur abjectionibus, qui nec DEUS sit, nec homo, nec æternus nec mortalis, dum interim Christiani summam poriuntur felicitate, quod ceu verum Messiam receperint Christum JESUM, qui complectitur utrumque.

Nihilominus permanebis in mundo usque in finem Sæculorum, ut velut irrefragabilis testis confirmes eam, quam oppugnas, veritatem: studiosè conserva tuos libros, prorsus enim divini sunt, nosque tales, quales habes, recipimus illos. Tu legis ibi, quod reprobandus & morti tradendus sit Messias à populo suo; tu velut execrandum & anathemate percussum repudiasti illum, & tradidisti morti in ligno infami. Tu legis ibi, eum, qui erat populus ipsius, non amplius fore ipsius populum; hoc ad amissum accidit, sicut prædictum est. Conserva fidelissimè Scripturas sacras, quas recepisti à DEO, velut sacrum depositum; circumfers in illis condemnationem tuam ob crimen, quod commisisti, & evidentissima veritatis, quam amplectimur, argumenta.

Nunquam fuit, nec esse potest vera alia

Nequeunt habere homines veram aliquam Religionem, quæ non velut basi innitatur Christo

JESU, eò quòd solus sit ipse, cui quæ re-
supremos exhibere possint, infini-
nitæ Majestati DEI debitos hono-
res. Religio Judæorum non
erat vera, nisi quantum innite-
batur Christo JESU ipsis pro-
missio; & omnia ipsorum sacri-
ficia non erant accepta DEO, nisi
quia ipsum representabant. Re-
ligio Christiana jam vera est, eò
quòd innitatur eidem Christo
JESU, possideatque veritatem,
cujus altera non habebat nisi
promissiones & figuras. Judæi
dubitare non poterant, quin Mes-
sias esset venturus, eò quòd pro-
missiones, quas acceperunt à
DEO, fuerint infallibiles; & nunc
Christiani æquè parùm dubitare
possunt, quin venerit, eò quòd
non minus infallibilis à DEO
circa hoc illis data sit certitudo.
Verùm si certitudo æqualis est
ex utraque parte, utpote innixa
verbo ejusdem DEI, nobis insi-
gnis hæc supra Judæos est præ-
rogativa, quòd hæc ex parte no-
stra magis sit evidens & mani-
festa, quòdque nunquam tota
natio Judaica habere potuerit
motiva tam luculenta, tamque
stringentia ad credendum, quòd
Messias debeat venire, quam o-
nes hodiè habeant Christiani ad
credendum firmiter, quòd jam
venerit, quòdque jam possideant
ipsum: omnia namque involu-
ta erant obscuritate prophetia-
rum & figurarum apud Judæos;
& om-

Religio
dæorum
de limit
omnibus

& omnia explicata jam sunt, & luci exposita velut meridies apud Christianos.

Religio Judæorum valde limitata in omnibus. Religio Judæorum inclusa fuerat in minima mundi parte, non nisi Jerosolymis vero DEO offerebantur Sacrificia, dum interim innumera falsis immolabantur Diis in universo orbe. Illis non erat nisi parvus numerus Prophetarum, qui prædicabant parvo admodum populo promissiones Messia, quem expectabant: Omnes Religionis ipsorum veritates inclusae erant in unico solo libro, cujus non nisi paucissima habebant exemplaria, cujusque populus nullam habuerat cognitionem. Si quandoque magna cernebant prodigia e manu DEI profecta, sæpius id fuerat ad ipsos puniendos, hæcque ratione per suppliciorum metum continendos in Religione, quæ non habebat nisi spem, ad replendos se olim favoribus ac gratiis, eò quod jam in tempore gratiarum non essent. Sic licet multum habuerint certitudinis de felicitate illis promissa & olim conferenda, tanto tamen se rigore accipi videbant, ut nunquam non spem inter & merum fluctuarent. Et tantum abest, sat vivam satque robustam fuisse ipsorum fidem, ad extendendum se usque ad nationes infideles, seque dilatandum per universum orbem; & pluri-

mo steterit labore, quo conservaretur integra in populo hoc parvo, Et hoc totum est, quod certitudo de Messia illis promissio poterat in ipsis operari.

Verum quid hoc est respectu certitudinis evidentis & manifestissimæ, quam habemus hodie; quod Messias hic promissus olim Judæis, jamjam datus & consignatus sit Christianis, hique illius jam vera potiantur possessione. Non dicam hic, naturam promissionis & spei esse, habere finem, & non semper perdurare, DEUmque non promississe Messiam, ut nunquam veniret; sed quod cum tempus adventus ipsius, quod annotatur in Scripturis, transierit, sicut clarum est, & manifeste patet tum in privatione Sceptri, quod ablatum est a Juda, tum in extinctione familiae David, e qua Christus debebat nasci, tum in cessatione Sacrificiorum Legis & in hebdomadibus Danielis, aliisque in locis tempus adventus ipsius insinuantibus, non oporteat promissiones & expectationes, quæ ultra quater milenos jam perdurârunt annos, perdurare semper, postquam DEUS possessionem consignavit nobis ejus, quam promiserat, felicitatis. Sed ne ultra in hæreamus argumento huic quamvis solidissimo.

Videamus Majestatem Religionis Christianæ triumphantem

L 3

Amplissima
in ubi vis locorum,

in universo orbe. Non solum in parva mundi parte offertur vero DEO augustissimum Religionis Sacrificium: sed quot miliones numerare est Ecclesiarum, Sacellorum, Altarium, in quibus cunctis diebus, cunctisque diei horis, eò quòd cursus Solis successivè constituat tempus matutinum in cunctis partibus mundi, ubi invenire est Christianos & Presbyteros, qui sacrificent vero DEO offerentes illi hostiam vivam & adorandam Filii sui unigeniti, abs eo, quòd hodiè inveniat ibi aliud Sacrificium, quòd offeratur vel falsis Diis, vel vero DEO. Non nisi duo vel tres sunt Prophetæ, qui parvo annuntiant populo promissiones Messie venturi: Sed quot jam miliones virorum eloquentium, Pastorum, sacrorum præconum, publicant & evulgant adventum ejus, summam nostram declarantes felicitatem, quòd possideamus illum. Non est ampliùs una tantummodò veritas uni inclusa libro, & notitiæ abscondita populorum; scætet mundus innumeris sacre Scripturæ, sanctorumque Doctorum voluminibus, totque viris eruditione ac pietate plenis, qui annuntiant gloriam & excellentiam Christi Jesu; qui que publico expositi, & omnium manibus in abundantia consignati, sunt veluti voces perpetuo re-

sonantes Canticum laudis ipsi in terra, sicut fit illic in cœlis.

Quam admirabilis Sanctitas ^{Sancti} Religionis ^{ligionis} Christianæ? ^{stianæ} quantâ nunquam non clavum tenuit in Religione Christiana? quantâ favorum & gratiarum abundantia locupletavit illam DEUS? quanta patrata sunt, & patrantur adhuc indies absque numero miracula per potentiam Christi Jesu, & virtutem servorum ejus! Omnia hæc prodigia, & admirandus hic Religionis Christianæ status, ipso clarior sole, an imaginarii & ficti cujusdam Messie sit opus. Infelices nonne sint Judæi, expectantes illum adhuc, dum Christiani velut certi de veritate, ipsius oblectantur, & jucundantur possessione? cuius sanæ mentis desuper relinquo iudicium, an major illa optari possit certitudo, quam habemus circa veritatem mysterii Incarnationis?

Nimis parum est dicere, quòd ejusdem habeamus certitudinem sed nostræ in eo; felicitatis stat fastigium, quòd illius gaudeamus possessione ipsamet, quòd tanti tantis sæculis desiderarunt populi; quòd lachrymantibus, ^{In æstima-} ^{nostra} ^{tas est,} ^{quæ} ^{venimus} ^{mundum} ^{tempore} ^{ligionis} ^{stianæ.} quin id obtinerent, exoptularunt oculis, id nos, quamvis non petierimus, tenemus & possidemus. O nos millies beatos, si tantam, qua fruimur, agnoscere noverimus felicitatem! Eheu! si venissemus in mundum istum, ^{quæ}

quæ Christi adventum præcesserunt, Sæculis, involutos aspexifsemus nos vel umbris Judæorum, vel tenebris Gentilium. Et suavissima Patris nostri cœlestis providentia nasci nos fecit in plena veritatis meridie, in tempore gratiarum, in medio thesaurorum cœlestium nobis apertorum, nosque expectantium, ut nos locupletent. Invenimus Filium Dei præcessisse nos in terris, ut verbis suis & exemplis nos viam edoceret cœli. Aspiciamus, præparasse ipsum nobis Ecclesiam omninò sanctam, omninò sapientem, totamque suis gratis referant; charissimæ more matris, quæ nos recipit, dum nascimur, quæ nos abluat, dum baptizamur, quæ nos in filios adoptat Dei, quæ æterni hæredes nos facit regni, abs eo, quòd bona solummodo sciamus, quæ exhibet nobis.

Adhæc nos instruere folicita est, nobisque innumeras declarare obligationes, quibus tenemur amandi Christum Jesum, qui magis nos propriam suam dilexit vitam: ipsa contendit, ut vivere nos faciat Spiritum ejus; ipsa nos nutrit pretioso corpore ejus; ipsa nos adhortatur consiliis ejus; ipsa nos excitat sanctis exemplis filiorum ejus, ut sancti fiamus. O DEUS! si agnoscere nōssemus, quanta nostra sit felicitas, dum nasci nos contigit in Christianæ gremio Religionis? Unica hæc prærogativa, Christianum esse, majoris est cunctis mundi imperiis: Quam ingratus sim, nisi grates rependam DEO omnibus diebus vitæ meæ! Quam infidelis sim DEO, nisi omnes impendam nervos, ut tantam reddam dignum felicitate? Mallem verus esse Christianus, quam totius esse Imperator universi.

ARGUMENTUM.

Nunquam melius resplenduerunt Excellentie DEI, quam in Mysterio Incarnationis, ubi velata & obteſta videntur.

ARTICULUS IV.

OMnes hæ magnæ veritates dissipabant paulatim nubes, quæ ascenderant in animam hujus Medici; agnoscebamus ex serenitate, quæ denuò ridere incipiebat in vultu ipsius, effugatum

esse mœrorem ex ipsius animo, ea ferè ratione, qua noctis tenebræ diffugiunt è mundo, redeunte sole, ipsamque haud levè iterum potiri solatio. Veruntamen nondum adhuc plenè contentus

tentus erat; incipiebat enim novas nobis proponere difficultates.

Videtur infirmitates Humanitatis magis apparuisse in Christo Jesu, quam excellentia divinitatis ipsius.

Optarem ergo, dicebat, quod CHRISTUS JESUS, cum DEUS sit & homo, ipsiusque divinitas infinita ratione ejus transgrediatur Humanitatem, aliquos saltem demonstrasset excellentiarum suarum radios, è quibus perspexissent homines, ipsum infinita ratione magis esse DEUM quam hominem, eò quod eo descenderit nomine, ut talem se illis, qualis erat in rei veritate, exhiberet. Verum nihil in eo intueri licuit, nisi infirmitates humanas, è quibus arguerent omnes, ipsum simpliciter esse hominem, & non DEUM. DEUS est omnipotens, & in ipso non videbantur nisi infirmitates: DEUS est infinito modo sapiens; & omnia, quæ fecit ipse, videbuntur haud difficulter sapientissimis quibusque nonnisi stoliditates; DEUS refulget gloria & majestate infinita; & in ipso videre non erat, nisi contemptus, opprobria, ignominias: Ostendit hoc animum ratione præditum; qui vellet aliquid illustre magis ac splendidum ad sibi satisfaciendum.

Omnipotentia DEI nusquam magis refulget, quam in Mystero Incarnationis.

Quid inquis, respondit Ecclesiasticus? Ubi excellentiæ & perfectiones DEI majori effulserunt cum splendore, quam in hoc mysterio? Dic mihi, in quo

putas refulgere maxima cura magnificentia omnipotentiam DEI? In creatione mundi, respondit Medicus; nam è nihilo conficere tam speciosum opus non est nisi omnipotentis DEI. Sed reponit Ecclesiasticus: Si totum hoc esset, quod facere ipsa potest, non foret infinita; nec creatio mundi, nec creatio centies millenorum mundorum sufficeret ad demonstrandam magnitudinem omnipotentis Dei; eò quod hæc omnia finita sint, & ipsa semper plura, quam quæ finita sunt, conficere possit. Sed in mysterio Incarnationis refulget in tota magnitudine, in tota fortitudine sua; efficiendò namque DEUM HOMINEM nil unquam nec amplius, nec majus efficere potest. Ecce cur beatissima Virgo, cui major erat notitia magnitudinis hujus mysterii, quam ulli creaturæ, dixerit in suo Cantico: *Fecit potentiam in brachio suo*: Sanè impendit in hoc omnem omnipotentis brachii sui fortitudinem; & benè ineffabile hoc mysterium, triumphus omnipotentis DEI potest nuncupari.

Ubi observas meliùs consilia infinitæ sapientiæ DEI? Admiror illam quotidie, inquit Medicus, in tam pulchra mundi dispositione, tamque ordinata gubernatione illius: Quando intueor correspondentiam omnium

Luc. I. V.

Nusquam
pienti
clariù
fit, q
Myste
carnat

nium partium ipsum componentium, tam velocem, tam exactum, tamque uniformem cursum Solis, ad dimetiendum tempus, & reducendas anni tempestates; quando aspicio incomprehensibile vinculum, quod facere potuit ex substantia omnino spiritali cum alia prorsus corporali in personis nostris, ad componendum nos ex corpore & anima. Quando adverto artificium admirabile, quo cuncta instruxit animantia usque ad aviculas minimas, usque ad muscas & araneas ad conficienda opera, quæ nostrum superant captum, omnemque imitationis nostræ conatum, quin tamen alium unquam habuerint instructorem, quam divinam Conditoris sui sapientiam: aperio vix oculos, & ubivis occurrit divina hæc sapientia, quam admirror in omnibus operibus ejus.

Sed quid omnia hæc sunt, retorquet Ecclesiasticus, respectu prodigiorum, quæ ostendit nobis in mysterio Incarnationis? Si admireris sapientiam DEI in dispositione mundi, & in pulchra partium ipsius, omnium nempe creaturarum, correspondentia: quanto magis admirari oportet mundum alium, compositum è creatore & creaturis, ex æternitate & tempore, ex omnipotentia & infirmitate, ex omni & ex nihilo, personam

Jesu Christi; quodque hæc omnia, quæ tam incompatibilia videntur, quæque infinito à se invicem distant intervallò, unita inveniantur, tamque bene inter se conveniant, ut nonnisi unam eandemque constituent personam per mysterium Incarnationis Verbi. Nonnè merito intonemus attoniti stupore? O prodigium incomprehensibile adorandæ sapientiæ DEI! *O ineffabile Mysterium!*

Si admireris vinculum, quod conficere illa potuit ex anima nostra, quæ tota est spiritus, & nostro corpore, quod non est nisi materia; ita, ut materia hæc, quæ mortua est, vivat vitâ spiritûs, & hic spiritus, quæ nihil habet sensibile, sensibus corporis moveatur; quanto majori percussat admiratione ineffabile & incomprehensibile hoc vinculum, quod fecit hæc ex DEO, qui impassibilis est & immortalis, cum homine tum passibili tum mortali; ex Deo, quia gloria refulget infinita, cum homine, qui opprobriis oneratur & ignominis; ex Deo infinita ratione felici cum homine infelicissimo & miserrimo; quodque hoc vinculum tam sit arctum, tamque perfectum, ut nihil sit in homine, quod non verè sit Deus, & nihil in Deo, quod non verè sit homo, quodque nihilominus nihil ex omnibus

M bus

Nusquam sapientia DEI clarius refulsit, quam in Mysterio Incarnationis.

Vinculum admirabile Divinitatis cum Humanitate in Christo Jesu.

bus infirmitatibus humanis sit in divinitate, & nihil ex perfectionibus in Humanitate? Quis capere possit portentosum hoc prodigium infinitæ sapientiæ DEI? Nonne asserendum sit in hujus Mysterii executione ipsam refulgere cum omni suo splendore.

Tuo id bono est, inquit Medicus, qui cernis ista oculis mentis & lumine fidei; sed pulchritudines hæ non videntur à sapientibus mundi, qui non nisi fatuitatem hic intuentur. Ut quid abjectâ adeò se induat formâ, qui eo venerat nomine, ut nomini suo divinos faceret attribui honores? Ut quid exspoliât se omni eo, quod congruit Deo, & omni eo se vestiat, quod congruere posset mortalium miserrimo? An homo sapiens, si penes se esset, id faceret? Ecce ad tantas se redigeret angustias, quæ summè dedeçant magnitudinem DEI?

Prætenditur, hoc fieri ad salvandas animas hominum: sed omnes hominum animæ simul, an tanti sint, ut pro iis Deus vel minimum sustineat dolorem? cùmque universus simul mundus, vel centies milleni mundi, respectu vitæ DEI minoris sint, quàm sit atomus respectu mundi, an dederit & sacrificaverit illam pro homini-

bus? Quis sanæ mentis id non attribueret, non sapientiæ, sed stultitiæ?

Responderem tibi libenter, Sapiens quod Tertullianus hæretico Marcioni, ait Ecclesiasticus: *Sit planè stultum, si de nostro sensu judicemus DEum.* Verum est, non nisi stultitiam id esse penes judicium nostrum humanum. Sed an ignoras, quod scriptum sit, elegisse DEum stulta, ut confundat sapientes mundi? An liceat tibi arguere stultitiæ sapientiam DEI, quia regulas non sequitur sapientiæ nostræ humanæ? An mendacii argues veritatem hujus oraculi in codice sacro: *Quod stultum est DEI, sapientius est hominibus?* Quæro ex te.

Quando venantur, aucupantur, studiosius exquirunt homines, dignitates, divitias, gloriam, potentiam, quæ fulcra sunt superbiæ, & origo omnium vitiorum, quibus deformantur & transformantur in bestias; an dici potest, illos verè sapientes esse. Et quando Christus Jesus sectatur non nisi abjectiones, paupertatem, dolores, injurias, quæ firmiter suffulciunt humilitatem, & omnes pariunt virtutes, quæ vivere faciunt homines vitâ divinâ; an dici potest, id esse fatuitatem? Quis sanæ mentis non volet hac ratione potius feliciter esse stultus,

Stultitia
di, sapi
Jesu Ch

I. Cor.

Quomodo

confilii

di fiat

tia, & ill

sapientia

tus,

tus, ut vivat in tempore vitæ divinæ, & in æternitate vitæ beatæ, quàm esse miserabiliter sapiens more sapientum mundi, ut vivat in tempore vitæ brutali, & in æternitate vitæ miserabilis, si vita tamen appellandus est status alicujus damnati, longè infelicio-
 rior omni mortis genere? Judica jam ipse, an infinita sapientia DEI non mirabiliter exiteat in apparente hac stultitia abjectionum Christi JESU, & agnos-
 scenda non sit mirabilis stoliditas in apparente sapientia sapientum hujus mundi.

Quando homines continuo se occupant crepundiis terræ, omnemque illis adjiciunt animum, quasi unicum id foret negotium sibi in mundo conficiendum; negligentes interim suæ curam animæ, cogitationes de sua æternitate, & magnum suæ salutis opus; quasi nullius hæc essent ponderis, nihilque ex illis afflueret sibi emolumentum: an verè ipsos esse sapientes posset asseverari? Nonne potius stoliditatum omnium maxima hæc sit, cunctarum Choriphæa & antesignana? Et quando Christus JESUS cætera dimittit omnia, ut unicè invigilet salutem animarum hominum: quando tolerare vult mala temporalia, ut bona acquirat illis æterna; sufferre dolores momentaneos ac transito-

rios, ut perpetua propriæ divinitatis suæ ipsis obtineat gaudia, nunquam transitura; quando dare non renuit vitam mortalem, ut obtineat illis vitam æternam: an dici possit, fatuitatem hoc esse? Nonne potius exquisitissimum sit opus, dignissimumque sapientiæ DEI infinitam ratione boni?

Sed an sapientiam appellas, in-
 JESUS Christus terpellat ipsum Medicus, si quis perit, ut nos
 se perdat, ut salvet alios? Si sal-
 salvet.

vandum adhuc haberet alium Deum sibi æqualem, vel intimum quendam amicum, qui esset alter ipse: diceretur forsan; sapientiam hanc esse, & generositate dignam excellentiam Dei, quæ infiniti est pretii, pro creaturis, quæ nihili omnino sunt, & pro peccatoribus magnis inimicis suis, qui minoris sunt nihilo, quid in hoc invenias sapientiæ? Ecquid impendii ipsi pendunt animæ hominum? sive omnes peccant, sive omnes salventur, an plus vel minus erit ipse Deus?

Ecclesiasticus ad hæc verba ingemiscens, & in cælum attollens oculos: Coactus sum, inquit, fateri hic tibi cum antiquo illo Philosopho: *Amare & sapere vix DEO conceditur.* Verum est, amoris infiniti impetum, & infinitæ sapientiæ contulium, difficulter convenire in unum: nihilominus oportuit, duas has

M 2.

per-

Sapientia
stultitiaTertullianus
carneStultitia mundi,
I. Cor. I. 20.
sapiencia
JESU Christi,Quomodo
confili
di sint
tia, & illi
sapiencia

Qui amant
ardenter, cre-
dunt esse sapi-
entem, non
esse sapien-
tem.

perfectiones divinas, quæ æqua-
les & idem omnino sunt in Deo,
perfectè conciliari in persona
Christi JESU. Fateor, difficilem
captû hujus conciliationis esse
modum; nisi dicatur, quòd in
illo, qui amat modò infinitò,
sapientia velit, ut nullos ponat
limites amori, quòdque in hoc
solo sit esse sapientem, sapientem
non esse. Non impendit ipse
omnem suam divinam sapien-
tiam, nisi ut luculenter demon-
straret amorem suum, ita, ut
semper verum sit, quòd JESUS
Christus sapientissimè amet om-
ne id, quod amat: Videtur tibi,
ipsum patiendò & moriendò
pro animabus nostris, amare il-
las nimium, adeoque judiciò
tuò minùs sapienter. Sed osten-
dam tibi, quâ sapientiâ illas a-
met, & quâ stultitiâ nos illas de-
spiciamus.

Ipsè solus est, qui tuam extra-
xerit animam è nihilo per crea-
tionem, ipse agnoscit illius valo-
rem ac pretium, ipse novit ex-
cellentiam & capacitatem illi à se
communicatam, ipse fecit illam
spiritualem & æternam, insuper
capacem, ut fruatur possessione
DEI in æternitate beata, vel tor-
queatur crudeli privatione DEI
in æternitate calamitosa. Im-
mortalitas animæ tuæ est infini-
tudo quædam, quæ non cogno-
scitur nisi ab illo: duæ æterni-
tates abyssus sunt magnæ, qua-

DEus solus
novit, quid sit
& quanti pon-
deris æterni-
tas nostræ ani-
mæ.

rum profunditates nonnisi divini
ipius rimantur & penetrant o-
culi: possessio vel privatio DEI
immensitates sunt bonorum vel
malorum, quarum nonnisi ipse
solus omne cognoscit pondus ac
valorem. Et cum probè nove-
rit, quid tua sit anima, quid sit
æternitas, quid privatio vel pos-
sessio DEI in æternum: divina
ipius sapientia desuper ipsi for-
mat judicium, omnes hæc infi-
nitudo valere tanti, ut infini-
tæ Majestatis DEUS incarnetur,
annihiletur, patiatur, propriam-
que suam sacrificet vitam, ut a-
nimæ huic sui pretiò sanguinis
vitam obtineat æternam. Ad
cujus executionem consilii à suo
trahitur & potenter abripitur a-
more. Ecce quomodò sapienter
amet, & amet modò infinitò.

Omnia hæc videntur tibi in-
comprehensibilia, è quòd non
agnoscas tuæ conditionem ani-
mæ, nec valorem ipsius, nec ex-
cellentiam; non capis, quid sit
æternitas, quia infinita est, & in-
finitum non capitur tuo capite:
nec omnes homines, nec omnes
Angeli simul èo pertingere pos-
sent unquam, ut cognoscant per-
fectè quid sit æternitas. Minùs
adhuc comprehendere tibi licet,
quid sit possessio DEI: Cuncta
hæc infinita ratione tuam supe-
rant cognitionem: ideoque ho-
mines cordi non habent, sive
salvent, sive perdant suas in æter-
num

Aspie-
mo, qu-
ciat DE-
mam tu-
benè h-
ponder-

Quia non
agnoscimus
valorem
stræ animæ
pondus æ-
ternitatis
nihilum
facimus,

num animas. Sed DEus id probe novit, & si terroris capax esset, ipsemet percelleretur horrore, ex aspectu cœcitatatis hominum, qui cum habeant animam immortalem; & nesciant momentum, quo ingredi debeant unam vel alteram æternitatem sibi præparatam seque expectantem, non magis de hoc cogitant, quàm si res ipsos non tangeret, vel exigui hæc esset ponderis ac momenti.

Aspice ô homo, quanti faciat DEus animam tuam, & bene hoc pondera,

Videsis modò, quomodò Sapientia DEI mirum in modum resplendeat in mysterio Incarnationis, tanquam in medio, quæ uti voluit ad persuadendum efficaciter hominibus, quòd infinita ratione pluris æstimare debeant unicam suam animam, quàm omnes totius mundi & res & facultates. Aspice, ô homo, quanti DEus, quem adoras, tuam æstimet animam! Nonne fateris, ipsum infinitò modò esse sapientem, & decipi non posse in hac æstimatione sua? Ipse judicat, illam dignam esse ut descendat de cœlis in terram; ipse judicat, æternitatem ipsius esse negotium tanti ponderis, ut operæ sit pretium, quòd ipsemet descendat in persona, laboret, patiatur, moriatur, suam det sanguinem & vitam ad salvandum animam tuam. Ubi sunt ergò oculi tui? ubi est ratio tua? ubi iudicium tuum, quòd tam

parvi facias animam tuam, æternitatem tuam & salutem tuam, ut his omnibus attendas & intendas haud aliter, quàm negotiorum tuorum vilissimo ac despectissimo? Tu omnia hujus mundi æstimas crepundia; & videtur, nihili te propriam tuam pendere animam; nullum tam parvum tibi est negotium, cui solerter non invigiles, ut felicem sortiatur eventum; & magnum æternitatis tuæ negligis negotium, ita, ut parùm cordi id habeas, & quasi nunquam de ipso cogites. An infinita sapientia DEI fallitur, dum tanti facit & pendit ipsum? Nonne cernis, tuam esse stultitiam, quæ te obcœcat, dum nullà illius tangeris curâ?

Est verum, concludit nunc Seria consideratio hominis incipientis sapere. Medicus, fluctuandum hic non est; sapientia infinita DEI falli non potest in æstimatione, quam de mea concepit anima; mea me stoliditas obcœcavit hucusque; probè video, pluris æstimandam à me animam meam, quàm totum simul universum, hocque solum id esse, cujus referat mihi. Eheu! quid feci vitæ meæ totius præteritæ tempore? Et quid superest mihi ex omnibus meis vanis, quibus infudavi, occupationibus? Si modò ingrediendum mihi foret in æternitatem (cujus securus non sum, cum illius me lateat hora)

M 3

quæ

quæ ex duabus me exceptura esset? Non quæro, nisi quomodo fallam tempus meum, cum credam, non habere me, quod agam. Itane? Salus mea æterna nullum mihi sit, nullumque facessat negotium? Infinita sapientia Dei ex ea sibi fecit negotium tanti ponderis, ut toto vitæ suæ tempore se unicè occupaverit illo, quamvis ex eo nullum in se redundaret nec commodum nec emolumentum. Et ego, cum meâ tanti referat, ex ea mihi non facio negotium, tamque parùm illi invigilo, ut quando alia mihi non est occupatio, dicam, me nihil habere, quod agam; Nonnè sensu & ratione caream?

Eheu! si mundi totius tene-rem Sceptra, cunctisque regnis darem jura, quid hæc omnia prodesse mihi, meam si permitterem perire animam? quando centies milleni mundi meæ subessent curæ, nonnè futillis & in-

utilis hæc foret occupatio, cum in fine non relinqueret mihi nisi lassitudinem, nisi dolorem? unica hora, quam consecro animæ meæ, quam tribuo salutis meæ, majus incomparabiliter mihi tribuit, & affert commodum. O Deus bone! O Deus misericors! Oaperi oculos meos, ut videam, quanti meâ referat, quam olim referat anima mea sortem, quæ hætenus parùm mihi fuerat cordi, quæque satis unquam æstimari non potest. Illumina animam meam, sapientia adoranda, quam admiror in hujus magnitudine mysterii, quod operâ deditâ operatus es pro illa. Fac, videam omnium aliarum occupationum vanitatem, quibus hucusque insudavi, & intelligentiam mihi tribue magni illius effecti tui, quod meæ suggeret argumentum meditationi: *Quid Matth. 16 prodest homini, si universum mundum v. 26. lucretur, anima verò sua detrimentum patiatur?*

ARGUMENTUM.

Reconciliatio ac consensus justitiæ & misericordiæ DEI in Mysterio Incarnationis.

ARTICULUS V.

IN summam rapuit universos admirationem sapientia Salomonis in eo, quod pronuntiavit, judicio, circa controversiam duarum matrum coram se litigantium de eodem infante, quem

quælibet sui esse juris prætendebat: nihilominus nullum adinvenit ipse nec medium, nec modum satisfaciendi ambabus. Excellentia sapientiæ ipsius, quæ tantam peperit admirationem, non-

Discept
miseric
& justit
eoram
nali di
Sapient

non nisi sistebat in hoc, quod, quæ vera esset mater, potuerit discernere; hanc agnovit, huic adjudicavit infantem, hocque privavit alteram. Sed ecce tibi aliud iudicium infinitæ sapientiæ DEI, sine comparatione magis admirabile, circa causam hominis peccatoris!

Disceptatio
misericordiæ
& iustitiæ Dei
coram tribu-
nali divinæ
Sapientiæ.

Misericordia & iustitia litigabant coram tribunali Dei, quænam aut vinceret, aut suam cederet causam. Misericordia clamabat: Venia, gratia, indulgentia, pro misero peccatore! ne perdas in æternum excellens hoc opus manuum tuarum. Ex adverso clamabat iustitia: Pœna, supplicium, mors æterna scelesto huic! ne permittas injuriam tibi ab ipso factam remanere inultam, abire impunem.

Misericordia dicebat: Si necessario puniendus est hic reus, puni illum, Domine, in hac vita, & in æternum parce illi: constat corpore, quod pati potest; sanguis est illi, cui fundendo par est; ex ipsius pœnis fac tibi satis, & sua ipsi indulge peccata. Iustitia reponebat: Sed quando omnes, quas pati potest, toleraverit pœnas, omnemque suum effuderit sanguinem, cujus valoris hæc erunt omnia, ad solvenda sua debita, quæ infinita sunt?

Verum si solvit, & satisfacit, quantum potest, replicabat misericordia, meretur veniam, di-

gnus est indulgentiâ. Verum si non tantum solvit, quantum debet, respondebat iustitia, multatæ tenetur & supplicio.

Princeps, cui deest clementia, qui parcere non novit, nec dare veniam, non est Princeps; tyrannus est, inquebat misericordia. Sed Princeps, qui nescit punire reos, non est iustus, nec amans æquitatis, adeoque suam abutitur potestate; dicebat iustitia.

Pronuntia desuper infinita Sapientia Dei; ambabus bonæ non desunt rationes: rationem excogita, quâ facias utrique satis, ut ambæ dicere possint, se suam obtinuisse causam, tulisse palmam, idque, quod volebant, esse assecutas. Ecce tibi iudicium divinæ sapientiæ incomparabiliter admirabilius illo Regis Salomonis!

Peccator reus est, non dissonat à vero, nec diffiteri id potest. Iustitia non abs re & jure ipsum petit multari, nec abnuï id potest illi. Misericordia inquit, speciosissimum ipsum esse opus manuum DEI, & congruere infinitæ bonitati DEI, indulgere ipsi veniam. Assentior præteritiones has æquas admodum esse; utrumque ergo faciam: & puniam, & dabo veniam. Et hac ratione tum iustitiæ tum misericordiæ factum fuerit satis.

Probè

Probè video, hominem peccatorem habere corpus, quod sufferre possit pœnam; novi, in venis ipsum habere sanguinem, quem effundendi habeat facultatem. Verùm non habet, quod cunctis suis solvendis sufficere possit debitis, ita, ut liber omninò maneat ab iis, dumque puniatur, salvetur: siquidem peccatum ipsius, quod infinitum malum est, pœnam meretur infinitam. Si pœnam sustineat infinitam, hæc talis esse non potest, nisi in sua longitudine, vel in suo valore: si talis est in sua longitudine, pœna ipsius erit æterna, sicque in æternum damnabitur: Si talis est in suo valore, meritum includere deberet infinitum, sed nihil is meriti habere potest velut reus & crimini obnoxius: Omnes pœnæ, quas tollerare potest, sive in suo corpore, sive in sua anima quantumvis forent maximæ, monetæ agunt adulterinas, vitiatas, nullius valoris, eò quòd non habeant imaginem Principis, unde totum suum valorem traherent & pretium: si pretium hoc haberent, essent valoris infiniti; & si pœnas is solueret pretii infiniti pro peccato suo, quod debitum infinitum est, liber foret à debito; & si ita se liberaret per pœnas suas & puniretur, & salvetur. Sic justitia suam haberet satisfactionem, eò quòd puniretur, & misericordia

haberet suam, quia salvetur.

Age, Verbum omnipotens, quod es *Imago DEI invisibile*, im-
 prime te carni huic humanæ, Collat. v. 15.
 humano huic sanguini, ut, quando hic tuus videbitur character, DEus
 agnoscat tam ingens valor in mit im
 omnibus ejus pœnis, ut minima nem Pa
 gutta divini hujus sanguinis ef- nostra
 fusa, plusquam sit sufficiens, ad cap. 36
 satisfaciendum omnibus debitis ipfi val
 peccatorum in omni rigore justitiæ. O admirabilis inventio divinx sapientiæ! debebat peccator infinita ratione justitiæ DEI; volebat solvere, sed non poterat, quia nimium pauper erat; DEus poterat plures divitias suppeditare ipsi, ad ipsum liberandum, quam exigi poterat ab ipso: Sed quare hic pro ipso solvat, cum nihil debeat? Ecce ergò, quid faciat infinita sapientia DEI!

Ipsa jungit simul illum, qui Admirat
 infinita ratione solvere poterat, sapientia
 sed qui nihil debebat; ipsa jun- quod an
 git pauperem & divitem, Deum cerit in
 & hominem, & ex ambobus non nam cen
 facit nisi unam eandemque per- que pecc
 sonam per ineffabile Mysterium nam ex
 Incarnationis: Et hòc modò in- ne, qui
 finita ratione dives, qui nihil bat, & il
 debebat, fit debitor; & infinita cui is d
 ratione pauper, qui nihil poterat, bat.
 fit omnipotens ad solvendam Intuitu
 totam summam integram. modu
 Et eadem Persona, quæ Deus est & vendi
 homo,

homo, est creditor, qui exigit, & debitor, qui solvit; est DEus, qui est offensus, & homo, qui offendit. An mirandum sit, si Deo satisfiat, & homo maneat à debito liber, cum non nisi una persona sit, quæ solvat tibi ipsi, quod sibi debet? *DEus Homo unus & idem Christus, ut verus DEus ab homine exigeret, ut verus homo persolveret.* Sit ergo satisfactum tibi, divina misericordia: Nam peccator liber est, omnia sua ipsi dimissa sunt crimina, facta ipsi est gratia, salvatus est: Ecce omne id, quod exegisti! sit etiam satisfactum tibi divina justitia: nam peccator sua solvit debita, satisfecit his in toto rigore; nihil ultra exigere posses ab ipso, cum valor pretii, quod solvit, excedat suorum magnitudinem debitorum. O dispositio prorsus amabilis bonitatis DEI! Quis ergo non mirabitur, quâ ratione perfectiones Dei, ipsius sapientia, ipsius justitia, ipsius misericordia tam mirifice resplendant in hoc mysterio?

Inutilitatis
modus sol-
vendi debita.

Invenio hoc admodum facile, interpellat hic noster Medicus, quando unus facit debita & alter solvit illa; hoc sane est commodissimo pretio suis se exsolvere debitis: velut si pauperrima quædam foemina, cui non solum curta esset suppellex domi, sed quæ insuper plurimis esset debitis obruta, nuberet alicui Prin-

cipi, inexhaustis locupletato thesauris; ipsa in instanti, non solum cunctis eximeretur debitis, sed insuper abundè ditaretur tum bonis, tum honoribus, absque ullo alio impendio, nisi quòd glorioso hoc se constrinxerit hymenæo. Benè quidem dici potest, ipsam debitis esse solutam. verum tamen est, quòd ipsa mihi solverit, eò quòd, unde solveret, nihil habuerit; omnia desumpta sunt è thesauro Principis, quis ipsam è debitis exemit. In nostro casu homo est, qui infinitâ ratione debet, & Deus est, qui infinitâ ratione solvit: DEus totus solus est, qui omnes facit impensas, quin vel minimo stet sanctissimæ Humanitati. Fateor, commodissimam hanc esse solvendi debita rationem.

Malè id accipis, reponit Eccle- Carò valdè
siasticus, est una è maximè pon- stetit sanctissi-
derosis. & proficuis consideratio- mæ Humaniti-
nibus, quas facere nos oportet. tati Jesu Chri-
circa prodigia mysterii Incarnati- sti solvere no-
onis, si attentâ revolvamus men- stra debita.
te, quanti steterit sanctissimæ
Humanitati, acquirere jus, suis
expediendi debitis naturam hu-
manam ex ipsis thesauris Dei; &
quâ ratione Divinitas tractaverit
ipsam, dum ipsam admisit ad
innitam connubii sui dignita-
tem: Exspoliavit enim ipsam
non solum omni eo, quod ho-
mo possidere potest in hoc mun-
do; sed etiam esse suo proprio,
N & omni

N

& omni

& omni eo, quod tribuere ipsi poterat locum quempiam inter omnes personas, quæ accensentur Filiis Adæ; hanc insuper Humanitatem ad tantam redigere voluit annihilationem, ut persona nulla esset, id est, nulla persona humana. Recense omnem innumerabilem hominum multitudinem ab Adam usque ad novissimum, & interroga, quid sit Iesus Christus inter ipsos? cum rei veritate responderi tibi potest, eum personam non esse.

Sanctissima
Humanitas
tota annihilata,
quantum ad
personam su-
am huma-
nam,

An major videri possit exspoliatio, vel annihilatio amplior? Obstupescendum non est, quod contemptus fuerit ab hominibus, quod fuerit absque facultatibus, absque honore, & omni eo, quod homines æstimare solent; eo quod reverà persona non fuerit inter homines, & quando personam auferis, auferas ea omnia, quæ pertinent ad personam. Quando mors auferit aliquam personam è vivis, exspoliat ipsam omnibus rebus mundi, quæ velut annihilatæ manent respectu illius. Hæc mors non est, sed amor, qui auferit personam Sanctissimæ Humanitati: *Cant. 8. v. 6. Fortis ut mors est dilectio*; mirum proin non est, si auferat etiam Christo omnia, quæ cæteris hominibus auferre mors solet.

Nunquam homo fuisset Deus, si sanctissima Humanitas exspoliata non fuisset, usque ad omni-

modam annihilationem, quantum ad personam suam. O exquisitum exemplar pro omnibus animabus aspirantibus ad veram imitationem Iesu Christi! Contemplari affirmant, dari certam quandam annihilationem mysticam, quam offeretur gratia in anima, destrui se permittente potentiam Spiritus DEI; quodque, dum perducere ipsam vult ad intimam hanc secum unionem, in qua summa consistit perfectio, oporteat tolerare ipsam, ut exspolietur omnibus, perdetque non solum omnia exteriora, sed etiam omnia interiora, id est, omnia bona spiritualia, quæ maximi faciebat, quibusque innitebatur plurimum, uti sunt interna lumina, cognitiones, gustus, boni affectus, consolationes divinæ. Et quando hæc omnia, quæ creata sunt, auferuntur animæ, tunc invenit Deum, ipsumque gustat interius per experientiam, quem sola cognoscit sine cognitione; degustat insuper supremam suam felicitatem cum certitudine, absque eo tamen, quod habeat aliquem gustum, manetque plenè contenta & satiata, quin noverit, quis ipsam satiet, quis reddat contentam. O DEUS! Si videre liceret opus hoc Spiritus DEI in anima, quam ita deducit ad perfectam hanc annihilationem & intimam secum unionem!

Annihilatio
Mystica
ma, quæ
us vult
re divina

Quod
faciat
bi ipis
vant ea

Vera b
tudo r
rum a
rum e
dem &
diverfa
lo & n

nem! tam divinum est, tamque prodigiosum, ut in admirationem raperet ipsos Angelos.

Dum bonus noster Ecclesiasticus explanabat profunda hæc Theologiæ mysticæ arcana, suavissimâ quâdam ratione, quæ ostendebat id experimento ipsum capere, quod dicebat, advertebatur facies alterius prorsus immutata; oculi ipsius diffuebant lachrymis, motus sentiebat occultos, quibus atollebatur ad nescio quid magnum, quod videbat aliquantulum, sed capere non poterat: *Quomodo possunt hæc fieri?* Eheu! quâ ratione deveniri huc potest? ingemiscens exclamabat, & repetebat verba Christi Jesu ad Nicodemum. Quam beata est anima, quæ manducavit semel duntaxat cœleste hoc manna in regno Dei! Verum est, inquit ipsi Ecclesiasticus, sed manna hoc est abscon-

ditum, quod gustare oportet, ut cognoscatur; & nemo gustare id potest, nisi ipsemet DEus hoc ipsi largiatur; & DEus id nemini largitur, nisi illi, qui vicerit per diuturnam experientiam & inviolabilem fidelitatem omnes adversarios gloriæ suæ, qui impediunt, ne plene regnare possit in anima: *Vincenti dabo manna absconditum.* O quantas oportet sufferre mortes, antequam pertingatur ad hoc vitæ principium, ubi anima vere gustat Deum, non tantum in donis suis, sed in seipso, & per seipsum immediate! remansit ad hæc verba immobilis, & sublatis in cœlum luminibus. Sed nos rogavimus ipsum, ut pergeret communicare nobis datam sibi à Deo cognitionem ac cœli lumina; & ecce, quid adjunxerit, quo finem dedit toti consultationi.

ARGUMENTUM.

Qui contempletur Christum Jesum in terra, invenit hinc suam beatitudinem, sicut Sancti aspiciendô essentiam DEI in cœlo.

ARTICULUS VI.

Vera beatitudo nostrorum animarum est eadem & valde diversa in cœlo & in terra.

Quid opus est, ut aliquis sit beatus, nisi ut videat Deum de facie ad faciem eundem Deum, quem Sancti vident in cœlis. An ergo asseveranter dicere non possim, me jamjam esse beatum? Verum est, quod

videant ipsi in cœlis eum gloriæ & Majestatis splendore circumfusum: Et in hoc consistit ipsorum beatitudo, eò quod hæc visio procul ab ipsis fuget omnia & calamitatum genera, ipsisque consignet infiniti possessio-

N 2

nem

nem boni. Intueor econtra in terris ipsum totum circumdatum injuriis, opprobriis, humiliationibus, doloribus, paupertate, & omnis generis miseriis; & in hoc ipso vera mea consistit beatitudo; eò quòd hæc Dei visio me doceat modum inveniendi summam felicitatem meam, in medio omnium miseriarum præsentis vitæ.

Efflagitabat olim sanctus Rex David à Deo, ut magnam sibi impenderet misericordiam: *Miserere mei DEUS secundum magnam misericordiam tuam.* Propheta hic erat, qui postulabat à DEO abundantiam gratiarum, quam nondum habebant in veteri Testamento, sed quam ipse prævidebat, nos habituros per mysterium Incarnationis Verbi. Non habebat Deus pro hominibus veteris Testamenti, nisi parvam misericordiam, nobis autem reservavit misericordiam magnam: parva misericordia consistebat in liberando illos à miseriis suis humanis, ut redderet ipsos beatos; & magna misericordia consistit in reddendo nos summè beatos, maximamque nobis conferendo felicitatem inter omnes vitæ humanæ misérias.

Liberare homines à paupertate, ipsisque elargiri divitias, erudere ipsos è servitute, restituere illos libertati, custodire ipsos à persecutionibus, & beare ipsos vi-

toriiis contra inimicos suos; locupletare illos pace, sanitate, & omnibus vitæ suavitatibus, repellendo ab ipsis misérias, inseparabiles vitæ & conditionis nostræ humanæ comites; erat gratia veteris Testamenti, & amabilis effectus misericordiæ Dei; nihilominus non nisi misericordiæ parvæ. Sed relinquere homines in paupertate, in humiliatione, in persecutionibus, in doloribus & miseriarum inundatione; facere, ut in gravissimis adversitatibus & amaritudinibus perfectam inveniant felicitatem, qua oblectentur tam plenè, ut conditionem suam mutare nollent, nec sibi optarent meliorem; efficere tandem, ut reperiant in morte vitam: Ecce tibi gratiam novi Testamenti, & admirabilem triumphum magnæ misericordiæ Dei supra animas nostras. Sanctissimi quique veteris Testamenti dicebant cum Tobia: Excipe me, Domine, ex hac abyssu miseriarum, cui immeristi me: *Et praece in pace recipi spiritum meum;* expedit enim mihi mori magis, quam vivere. Sed à bonis Dei servis in novo Testamento tam procul abest, petere liberationem ab afflictionibus suis, ut potius illarum efflagitent augmentum: Fac me participem crucis tuæ, ô bone JEsu, amabilis mi Salvator; tuarum mihi propina calicem amaritudinum, in qui-

2.

Omne
ria, po
vifa
perfor
Homi
ceperu
mari 8Ante
Christu
giebat
minera
post illu
sam qu

Tobi

2. Cor. 1.

in quibus meam invenio consolationem, meam felicitatem; dicunt ipsi potius cum magno Apostolo: *Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra*, quod idioma est & desiderium hominibus incognitum ante Incarnationis mysterium.

Quamdiu homines non vident Deum pauperem, Deum contemptum & ignominie oneratum, Deum patientem persecutiones, injurias, dolores, & mortem ipsam, capere & credere non potuerunt, magnum quidpiam aut amabile latere in omnibus hisce rebus, à quibus summè ipsa abhorreat natura. Sed postquam viderunt ipsas esse elevatas, & quasi portatas in triumpho à propria DEI, quem adorant, persona; incepterunt respicere illas cum reverentia, vel res pretiosas & sacras, & quasi ipsa divinitate donatas: æstimârunt magnam felicitatem, quod antea non nisi velut magnam aspiciabant calamitatem ac miseriam; & in ipsis miseris solidam gustare didicerunt felicitatem ac solatium; contemnebant divitias & voluntariam profitebantur paupertatem; abjiciebant delicias, & pœnitentiæ amplectebantur austeritates; fugiebant honores & sectabantur contemptus; fastidiebant vitam præsentem, & tenebantur desiderio mortis, ut frui liceret Deo. O

Deus! quod prodigium est hoc? & quàm speciosus magnæ misericordiæ Dei triumphus, meam solidâsse in propriis meis miseris felicitatem, & effecisse, ut mala, quæ extorquebant mihi gemitus, mihi fontes essent omnis felicitatis & consolationis! Et mysterium Incarnationis est, unde

Suaves fructum suaves, tamque jucundos nobis carere & capere conceditur fructus. Anima, quæ festi-
 ritæ hujus considerationi invigilat, & contemplationis suæ scopum sibi præfigit Christum Jesum in terra, hic suam inveniet beatitudinem.

Ad quale nam genus beatitudinis? interpellat ipsum Medicus: Quando Boëtius definit nobis beatitudinem, affirmat, quod sit *Status omnium bonorum aggregatione perfectus*; aggregatio omnium bonorum, quæ oblectare & satiare possint animam. Et quando contempler Christum Jesum, non video nisi aggregationem bonorum & malorum; bonorum infinitorum in ipsius divinitate, malorum innumerorum in ipsius Humanitate: Si bona consolantur, mala affligunt: an vera beatitudo æstimari possit, quæ non omnia fugat & repellit malorum genera? sed cuncta hæc mala, respondet alter, nonne sunt æta in exilium, quando immerguntur omnia in divinitatem, quæ bonum est infinitum?

N 3

finitum?

Omnes miseria, postquam visa sunt in persona DEI-Hominis, incepterunt æstimari & amari.

Ante Christum giebatur miseriam post illam

Tob.

finitum? Omnes miseræ ipsius etiam inferni, licet omnium malorum teneant fastigium, converterentur in dulces paradisi, si tolerans illas unico solo fruere- tur parvo visionis Dei radio. Quæ igitur verisimilitudo, quod illæ in terris, quæ longè minores sunt, impediant beatitudinem animæ contemplantis Christum Jesum, & aspicientis in adoranda ipsius persona easdem, quas patitur afflictiones, quæ tali ratione convertuntur in bona, ut nostra fiant fons & origo felicitatis.

Humanitas sancta Christi Jesu nonne semper beata fuerat in medio magni oceani omnium amaritudinum, quibus tota obruta & circumfusa erat, ex eo, quod habuerit unionem intimam & perfectissimam, quæ possibilis sit cum divinitate? Observa benè, quod dicam. Quæ unio & communicatio magis intima excogitare potest, quam si dicam: Cedo tibi propriam meam personam, quo fiat, ut tu sis ego, & ego sim tu. Amantes ingeniosi ad exprimendum emphaticè intimam suorum unionem cordium, celebrem reddiderunt hanc parœmiam, quæ significetur, ipsorum iudicio, quod dici potest hoc in argumento perfectissimum: *Amicus alter ego*. Sed ecce tibi, quod longè excedat id omne, quod ipsi cogitare potuerunt.

Amicus meus est alter ego.

Siquidem non satis est hoc, ad exprimendam omnem veritatem, unionis intimæ & communicationis ineffabilis, quæ DEUS communicavit seipsum homini in Mysterio Incarnationis, si dicatur solummodò: *Amicus alter ego*. Nimis parum dicit, si loquaris de admirabili unione Dei & Hominis in Persona Jesu Christi: audi ipsosmet invicem loquentes, & videbis, an ita sua sensa sint explicaturi. Si homo loqueretur Deo in adoranda hac Persona, an diceret: Tu es alter ego? Non, hoc enim dicere vellet: Tu es alia persona, quam ego; & hoc verum non est: Et si Deus loqueretur homini, an diceret illi: Tu es alter ego? Non, hoc enim vellet innuere: Tu es altera persona, quam ego; & hoc à veritate dissonat; siquidem Deus & Homo in Jesu Christo non sunt nisi una eademque persona. Omnes cæteri amantes dicere quidem possunt; *Amicus alter ego*; eò quod duæ sint personæ: sed Deus & Homo in Jesu Christo dicerent potius: *Amicus iterum ego*. Quid est Deus in te, ô divine Jesu? Est ego ipse: Et quid est homo in te? Est iterum ego ipse. Sed DEUS est infinita ratione beatus, & homo est innumeris afflictionibus & adversitatibus totus opletus; nulla refert, hoc enim omne aliud non est, quam ego ipse.

Delici
ctæ h
tatis u
Divin

Jesus Christus
dicit: Amicus
meus est
ego.

ipse. O unio prorsus stupenda!
O unitas omnino prodigiosa!
Unio naturarum, unitas personarum, quam es admirabilis!
Tu quidem dicere potes, O Jesu, divino Patri tuo, quem infinita ratione amas: Tu es alter ego. Verum non sufficit ad exprimendum amorem & unionem incomprehensibilem, quam habere desideras cum homine in ineffabili mysterio Incarnationis, si solummodo dicas: Tu es alter ego; sed oportet te absolute dicere: *Tu es ipse ego; vel Tu es iterum ego.*

Sed comprehendere quis posset infinitas delicias beatitudinis, quam potitur tua sanctissima Humanitas, O Jesu! quando sic fruitur Divinitate, cum qua non nisi eandem constituit personam? siquidem ingens anima tua, tota quanta absorpta & immersa est torrenti ineffabilium gaudiorum divini Patris tui. Omnes intellectus tum hominum tum Angelorum comprehendere non possent, nec amplitudinem, nec sublimitatem bonorum, quae possides per hanc tam intimam cum Divinitate unionem, cui totus immergeris, a qua totus absorberis. O Jesu, adoro infinitas delicias tuas, admiror illas, extollo illas coram

Angelis, coram hominibus, & coram omnibus creaturis. Tu non solum bibis illas ex fonte, sed totus immersus es illis, modo tam sublimi, tam ineffabili, ut cognoscatur a nemine, nisi a te solo. O Jesu! quam optarem videre te sic totum immersum deliciis aeternis in sinu divinitatis, cum qua es Personarum una! quam vellem omnes animas, quae cognoscunt te, quaeque amant te, laetari ex illis, & congratulari felicitati tuae! dicendum omnino est, omnes illas, quae non summo ex illis perfunduntur gaudio, haudquaquam amare te.

Hic Medicus affectuosissime amplexans bonum nostrum Ecclesiasticum: Fateor Domine, inquit ipsi, perpetuo me tibi obstructum fore; siquidem maximo demulsi me solatio, dum ita luculenter declarasti mihi sublimitia ineffabilis hujus Mysterii arcana, quorum Majestas me primitus concusserat horrore. Verum dum paulisper refecisti me, adauxisti famem meam: restaret pro integra mea consolatione, etiam nosse, quam ratione id adimpletum sit, cujus declarationem in prima promiseras Consultatione te facturum.

Deliciae sanctae humanitatis unitae Divinitati,

fus Christi
te: Amicit
us est in
ego.

CON-